

Sala

V.T.

Gab.

20

Est.

8

Tab.

18

N.º

(6)

*Non cito dicit Brunet
qui scilicet fecerunt la 1^{re} edition
Bononiae 1733, in 4^{to}*

11 de alio

Legatio David Ae

thiopiae Regis, ad Sanctissi-
mum D. N. Clementem
Papam VII. vna
cum obedientia,
eidem sanctis,
D. N. pra-
stita.

Eiusdem David Aethiopiae Regis Le-
gatio, ad Emanuelem Portu-
galliae Regem

Item alia legatio eiusdem David Ae-
thiopiae Regis, ad Ioannem Por-
tugalliae Regem.

De regno Aethiopiae, ac populo, deque
moribus eiusdem populi, nonnulla.

Antuerpiae apud Guilelmum
Vorstermannum,
Anno. 1533.

m. Legatio



De legatione potentissimi Imperatoris
Aethiopiae ad clementem. VII.



IN medio totius Africae, quae tertia pars orbis terrarum esse censetur, siti sunt Abyssini Aethiopes quibus longe lateque dominatur magnus Imperator David vulgo Pretciannes appellatus. Eius imperio .16. opulenti reges parent, & ab eo ita leges accipiunt, ut beneficiario alieno iure potius quam suo regna obtineant. Ipse a vetusta progenie, successionemque perpetua regis sanguinis imperium accepit, uiget corporis uiribus, etate floret, & supra totius mundi reges uiris atque opibus abundat, & quod singularis & cumulate felicitatis esse uidetur, nunquam bello a quoquam uictus, frequentissime praelijs uictor, praemia & gloriosa pace perfruitur. a meridie Troglodytas habet gentem nudam, nigerrimam, omnium prope rerum quae ad civilem & elegantem uitam pertinent, rudem penitus, & egenam, ut pote quae in aestuosa & retorrida regione nihil sepe a solo coelouae benignitatis consequantur. Haec gens tamē aurū fodit, & ebur pretet, & per siticulosas harenarū solitudines legendis gemis solertissime diuagatur, nec alios nouit deos, quā solē & lunam, sed hanc maxime in honore ac admiratione habet, quod noctibus discessu solis a seruore in modico refrigeratis lucem largiatur, & contra solis iniurias una benigne & opportune inuecto tepore

splendore que subueniat, Ab occasu Manicongorun Rex fines habet cuius regni magna est amplitudo solum
lique maior fecunditas, nam fluiuius ingens quem
Gabram uocant amplitudine, incrementis, copiaque
Crocodylorum & piscium Nilo persimilis mediam
secans, & sepe inundans regionem effectis aliquod
insulis in Atlanticam oceanum desertur. Hic rex
proxime a Lusitanis, quorum in fidem & potesta-
tem ultro se dederat, Christiana sacra suscepit, ab Au-
stro Capillati aethiopes occurrunt qui ad promonto-
riam Bone spei, cuneatis ibi & prominentibus terris
extenduntur, ea gens uti prope capricorni circulum
sitā, colorem olea matura defert, corporis habitus
illis paulo castigatior & exilior, ita ut cursu uel in-
citas equos effugiant, ab his cum sint astuta ac in-
sidiosa feritate terribiles, Franciscus Almedius, dum
magnis rebus gestis India decedens eum uictrice clas-
se ad triumphum in Lusitaniam rediret, & ad Sala-
danum fontem aquaretur interfectus est, ab ortu ue-
ro solis Barnegasiorum rex Dauidi subiectus arabi-
ci maris litus attingit in sinu Adulico, qui statim ru-
bri maris angustias intransitibus ad leuam occurrit.
Ibi delata est insula que stationem habet, & in pro-
xima continente portus est nomine Araquincus, ita
ut facile iam possit ad interiores Abyssinos perue-
niri, & tuto quidem itinere, cum pacata amicaque
sint omnia, Barnegasiorum rex atque eius populus,
non atra, sed flauenti & cuprea quadam nigredine
tinguntur, habitus illis corporum, armorum, uesti-
am, & ingenij, ab Arabibus ac Aegyptijs nix dis-

fert, nam navigatione frequentissima, & terrestribus
commercijs inde ea que diximus facile acceperunt.
At uniuerse ditionis imperium Dauidis magnas sin-
gulis prope in rebus recipit diuersitates cum a Can-
cri tropico ad auctsum Capricorni totum immensa
uastitate, distendatur, unde necesse sit ad solis con-
uersiones cuncta uariante natura, caelum alibi nite
esse alibi infestum, alternatis scilicet pruinis atque
feruoribus, uti magis, aut minus regio queque ab
aequatoris benignitate recesserit. Nam ibi duabus esta-
tibus, duabusque opimis mensibus felices populi sin-
gulo quoque anno letantur, ita inexhausta terra pin-
guedine, & altere etiam binae uti leguminum mino-
res menses iterata se mense proueniunt. Ceterum Fran-
ciscus Aluarez legatus de Abyssinis Aethiopibus
magnum uolumen attulit, in quinque digestum li-
bros. In primo, uniuersa regio exactissime descri-
bitur, de signatis sinibus & annotata dierum quanti-
tate ad dimensiones aspectusque caelestes, secundam
Cosmographiae rationem, ubi de fontibus Nili, & de
eius incrementi causis nra, & longe pulcherrima
referuntur. In secundo de ubertate soli frugum-
que generibus, uarietateque rerum terra nascentium
diffuse agitur. In tertio de animalibus atque au-
ibus, de magnitudine ferarum, & praesertim de Ele-
phantis, quorum numero si fini greges in patentibus
campis, atque nemoribus uisuntur. In quarto
discritur de natura & moribus Abyssinorum de lite-
ris & studijs eorum. Itemque de aula & cultu inge-
nioque ipsius imperatoris, de exercitu, de discipuli-

na. de legibus, institutisque ciuilibus. In quinto
 ea referuntur, quae ad religionem pertinent, scilicet
 circa solennia sacra, templorum cultum, honores su-
 nerum, celebritatem nuptiarum, et monachorum ui-
 tam, qui infiniti prope numero septis caenobiorum in-
 cluduntur. Hi autem libri propediem in latinam
 linguam uertentur. Nam illustris Dominus Martinus
 a Portugallia ipse Lusitaniae regis Legatus tran-
 ducendi eius libri in prouinciam Paulo Iouio historiari
 scriptori demandauit, qui et has quoque Davidis liti-
 ras fidelissime latinas fecit.



ANNO SALVTIS M.D.XXXIII.

Mense Ianuario, summis Christianis
 norum Principibus, Sanctissimo. D.
 N. Clemente Papa, VII. et Carolo V
 Romanorum Imperatore, semper Au-
 gusto Bononiae congregatis, Reue-
 rendus et illustris Don Martinus de Portugallia, ne-
 pos, consiliarius, et orator serenissimi Ioannis Regis
 Portugalliae ad eundem sanctissimum. D. N. iterum
 missus duxit una secum. D. Franciscum Aluarez Ora-
 torem serenissimi David Aethiopiae Regis uulgo Pre-
 teian nominati missum ab ipso Aethiopiae Rege ad
 eundem sanctissimum. D. N. salutandum ac ueneran-
 dum, eique obedientiam de more ceterorum Christianis-
 norum Regum praestandum. Quem admodum ex liti-
 ris utriusque Regis eidem Sanctissimo. D. N. reddi-
 tis, et infra descriptis plenius apparebit. His datus

est Sennatus et consistorium publicum. 19. Ianuarij,
 In quo post receptum Reuerendissimum Cardinalem
 Tridentinum, qui eodem tempore Bononiam a serenissi-
 mo Ferdinando rege Romanorum missus uenerat,
 Tū deinde ipsi duo Oratores Portugalliae et Aethio-
 piae magno comitatu in consistorium uenerunt, au-
 boque uenerabundi ac genu flexo primo Orator Por-
 tugalliae literas sui Regis una cum exemplis literarū
 dicti Regis Aethiopiae ad se, et clave memoriae Eman-
 nuelem patrem suum scriptarum, Deinde Aethiopi-
 cus Orator binas sui Regis literas eidem sanctissimo
 D. N. reddidit. uniusculūque aureae crucis librae ser-
 me ponderis nomine sui Regis obtulit, primo pedem
 deinde manum sanctitatis suae osculatus, demumque
 ad oris osculum de more receptus. Literae huius Aethio-
 picae conscriptae lingua, in Lusitanam primo, in-
 deque in Latinam translatae fuerant. Quae literae om-
 nes per secretarium domesticum eiusdem sanctissimi
 D. N. eo quo infra scribentur ordine lectae, et pronun-
 ciate coram omnibus fuerunt.

LITERAE SERENISSIMI IOAN-
nis Regis Portugaliae ad Sanctis-
simum. D.N. Clementem
P. P. V II.

Sanctissimo in Christo Patri, atque beatissimo do-
mino. D. Clementi Papae Septimo Diuina prouidentia
uniuersae Ecclesiae dei praesidenti, &c.



Sanctissimo in Christo patri, atque
Beatissimo Domino, eiusdem san-
ctitatis deuotissimus filius Ioan-
nes dei gratia Rex Portugalliae,
& Algarbiorum citra ultraque
mare in Africa Dominus Guine,

Expugnationis, Nauigationis, Commercij Aethio-
piae, Arabiae, Persidis, atque Indiae, post humillima
sanctorum pedum oscula. Sanctissime in Christo Pa-
ter, & felicissime domine. Rex dominus, & pater
meus, cum animaduerteret, quam gratum Deo esset
futurum si Aethiopiae, atque Indiae remotissima regio-
nes, quae fama tantum, atque ea quidem ambigua au-
dite fuerant, solerti nauigatione Christianorum clas-
sibus adirentur, statim ab ipso suscepti regni initio
complures duces & subditos suos ad perserutanda
cognoscendaque earum terrarum littora, instructis
ualidissimis classibus misit scilicet ut Mauri gentes
earum regionum populi ueritatem Christianae religionis
agnosceret, atque obiter patefacto itinere, alij etiam po-
puli reperiretur, qui deum Christum colerent, sicut opi-

nione hominum eos inueniri posse ferebatur, itaque
uolent: deo tota Guine regio feliciter peragrata est.
In qua Rex de Maniconga cum ingentibus populis
ipsi subditis qui se ad eius auctoritatem ac obedi-
entiam contulerat sacro baptismate suscepto Christianus
effectus uel, & complures aliae gentes ex regio-
nibus Indiae, Persidis & Arabiae ad Christianam si-
dem nostrorum pietate & diligentia sunt perductae,
& quotidie aliae atque aliae nationes quae tardius ueri-
tatem agnouerunt exemplo aliarum ad Christum con-
uertuntur. & quanquam in his expeditionibus gra-
uissima amissarum nauium & Ducum, itaque nobi-
lium Equitum, & subditorum suorum detrimenta rece-
pisset, Tamen ab hoc eximia pietatis consilio non
desistit, uti pium & Christianum regem decebat. Ita-
que eodem cursu mare Rubrum penetrante classe nos-
tra reperitum est, nunquam antea Christianorum clas-
sibus nauigatum. Nam fere totum in potestate Tar-
carum erat, & denique post diuturna atque aspera
bella inuentum est iter, quod ad uulgo Preterian
nuncupatum Aethiopiae Regem potentissimum ducit,
qui cum uniuersis regnum suorum populis
Christum colit. Ad hanc extemplo Rex pater meus le-
gatum destinat, ut ad obedientiam sanctae sedis Apo-
stolicae pertraheretur, oportunaque narrando, &
aperiendo certior redderetur tuam sanctitatem in se-
de Petri residere, & unicum esse in terris Christi uic-
arium, cui omnes Christiani reges obedientiam cum
summa ueneratione praestare consueuissent. Nec mul-
to post idem Aethiopiae rex quam legatum remitte-

ret, suum etiam proprium & indigenam, qui ad eum
cum mandatis ueniret, adiunxit, Sed interim deus ad
se patris mei animam ad sancte glorie participatio-
nem in coelum recepit. Nec mora, quum nos in eius
successissemus locum, operam dedimus cum ducibus
nostris, qui erant in India, ut idem Rex Aethiopiae
de regis patris mei morte certior redderetur, quum
ea quae pater meus praclare pro fide christiana ince-
perat, omnino persequenda & perficienda curare-
mus. Quod ipse Rex Aethiopiae magnificens suum
Oratorem ad nos misit, qui in aula nostra adhuc cō-
moratur & simul Franciscum Aluarez Capellanum
nostrum, qui est unus ex his, quos pater meus ad eam
miserat, Hunc Franciscum Aluarez idem Aethiopiae
rex Romam mittit ut suo, & singulorum regnorum
suorum nomine tuae sanctitati obedientiam praestet,
quem hactenus remorati sumus, quod multis de cau-
sis eum proficisci uolebamus una cum Martino &
Portugallia nepote charissimo & cōsiliario, ac ad T.
S. Oratore nostro. Cui commisimus, ut eundem Fran-
ciscum Aluarez dicti regis Aethiopiae Oratorem san-
ctitati tuae ad praestandam obedientiam presentaret.
Item ut cuncta ea quae Orator eiusdem regis
Aethiopiae ad nos missus deserebat aperiret, ex-
emplaque literarum eiusdem Regis ad nos. T. S.
ostenderet. Propterea nobis rem gratissimam. S.
T. faciet, si eidem Martino oratori nostro plenissi-
mam fidem in his rebus habuerit. et certe Deo
Optimo, Maximo, summae gratiae sunt merito refe-
rende, quod Pontificatus tuae sanctitatis tempore

hanc insignem a deo gratiam. S. T. retulerit, ut alte-
ram Christiani populi portionem hac nostra nihil am-
plitudine terrarum minorem consentire cum fide ca-
tholica, et sancta Romana Ecclesia, & obedientiam
praestare uideamus. Nos uel ob id ingentes deo gra-
tias agimus, quod in hac tanta accessione huius regis
nostra opera uti uoluerit. Nihil enim ad laudem ue-
re pietatis poterit esse praclarus, quam Aethiopi-
am in unitate Christiane professionis nostrae Europa
coniunctissimam conspexisse. Deus et dominus no-
ster ad multos annos tuam sanctitatem felicissi-
me conseruare et augere ad uotum

dignetur. Datum in
Sett uual uigesima
octaua Maij. M.

D. XXXII.

LITERAE SERENISSIMI DA-

uid Aethiopiae Regis, vulgo Preteian, nuncupati ad cla. me. Emanuelem Portugalliae, &c. Regem alias scriptae, et ex ethiopicoidiomate in Lusitanum, indeque in latinum translatae, & ad sanctitatem suam per serenissimum Ioannem Portugalliae, &c. Regem misse.



In nomine Dei patris, uti semper fuit, cui non inuenitur principum, in nomine Dei filij unici, qui est similis ei, antequam sit uisum lumen stellarum, antequam poneret fundamenta maris oceani, alio autem tempore conce-

ptus fuit in utero uirginis sine semine uirili, & sine nuptijs, in hunc enim modum scientia erat officij eius. In nomine Paracliti spiritus sanctitatis qui scit cuncta secreta quae sunt, ubi antea fuit, omnium scilicet altitudinum caeli, quod sine columnis & absque ullis fulcimentis sustinetur, qui amplificauit terram, quae antea non erat creata nec cognita ad omnes partes ab ortu ad occasum, & a septentrione ad Austrum. Nec iste est primus, uel secundus, sed est trinitas coniuncta in uno aeterno creatore rerum omnium, ab uno tantum consilio, & uno uerbo per secula seculorum Amen. Has literas mittit Atani Tingbil, id est, thus uirginis, quod nomen est a baptisate, nunc uero in ipso suscepti regni initio assumpsit nomen Dauid, dilectus a Deo columna fidei, cognatus stirpis Iuda, filii

Dauid, filius Salomonis, filius columnae Syon, filius seminis Iacob, filius de manu Mariae, filius Nau, per carnem Imperator magnae & altae Aethiopiae magnorum Regnorum & ditiorum & terrarum, Rex de Xoa, de Caffate, de Fatigar, de Angote, de Baru, de Bellenguangue, de Adcar, de Vangué, de Gozame, ubi Nilus oritur, de Amara, de Baguemedi, de Ambea, de Vagne, de Tigri Machon, de Sabaym, unde fuit Regina Saba, de Bernegaes, & Dominus usque ad Aegyptum. Haec literae diriguntur Regi potentissimo, & excellentissimo semper uictori Domino Emanueli, qui habitat in amere Dei et firmus permanet in fide catholica, filio apostolorum Petri & Pauli Regi Portugalliae & Algarbiorum, amico Christianorum, Hosti Indici imperatori Demitoti Maurorum & gentium Aphricae, & Guineae a Promontorio atque insula Luna, Maris rubri, Arabiae & Persidis, & Armeniae, magnae Indiae, & omnium locorum earum & omnium insularum, terrarum adiacentium, profligatori Maurorum, & sortium Paganorum, domino Arcium, & aliorum castellorum, & murorum, propagatori fidei Iesu Christi. Pax tibi domine Rex Emanuel, qui Dei fretus auxilio Mauros occidis & tua classe, tuo exercitu, & tuis Ducibus undique tanquam infideles canes expellis. Pax sit cum Regina uxor tua amica Iesu Christi, serua Mariae uirginis matris ipsius saluatoris totius mundi, pax sit filiis tuis, nunc uti in uirenti horto, & florentibus hilijs, mensa esculentis parata. Pax filiabus uestris, quae sunt indumentis ornatae, sicut palatia aureis ex-

ornantur. Pax affinis tuis, ex sanctorum semina
procreatis, sicuti dicit sacra scriptura, filij sanctorum
sunt benedicti, et magni foris et intra domam.
Pax sit consiliarijs et Officialibus tuis, potestatibus,
et ius dicentibus. Pax Ducibus tuis castrorum et
confinium, et rerum omnium munitarum. Pax omni-
nibus gentibus, populis, et urbibus, et cunctis inhabi-
tantibus, prater Mauros et Iudeos. Pax omnibus
Pavochijs, et omnibus Christo, et tibi fidelibus. Amen.
Cognovi domine Rex, et mi pater, quod cum ad te no-
minis mei fama per Mattheum Oratorem nostrum
fuiset delata, statim Archiepiscoporum, et Episco-
porum ac Prelatorum magnum numerum aduocari
iussisti, qui dea legatione Christo gratias age-
rent, ipsumque Mattheum summo cum honore et
hilaritate fuisse susceptum, qua de re mirifice sum
letatus, et gratias pariter deo egi, et hoc deuote fe-
cit etiam populus meus. Dolui autem cum ab his
intellexi, ipsum Mattheum in reditu suo dum in-
traret fines meos, in Monasterio de Bisam fuisse
mortuum, eum autem ego non miseram, quoniam
adhuc puer etiam undecim annorum uix dum susce-
pto regni sceptro post mortem patris, sed Helena
Regina, quam loco matris colebam, et regnum pro
me gubernabat. Is Mattheus mercator erat, He-
braham uocatus, sed sibi nouum nomen idcirco im-
posuerat, ut securius per fines Maurorum iter face-
ret, Verum is in Dabul, a Mauris pro Christiano
agnitus in carcerem fuit coniectus, Quod cum si-
gnificasset uestrorum exercituum Praefecto, is misit

fortes uiros, qui Christianum hominem e teterrimo
carcere liberarent, maxime cum didicisset eum esse
legatum meum. Itaque illum ereptum et manibus ini-
micorum curauit uestris nauibus ad conspectum uest-
rum transfuehandum. Is Mattheus meo nomine ti-
bi Regi mandata exposuit, rescipisique se honorifi-
ce susceptum fuisse, et cumulate omnis generis man-
neribus honestatum, quod et nuncij pariter uestri
affirmabant, quos magnus uestrae classis praefectus
Didacus Lopez de Tichera ad nos misit, qui literas
praesentant, quas afferre debuerat Duartes Gualo-
uanus, qui in insula Cameronis diem obierat, quibus
conspectis literis magnopere sum gauisus, et Deo
egi gratias, et tum magnam coepi uoluptatem, cum
peccata uestrorum nuntiorum crucibus insignita
conspicerem, et experiret pereuntes eos ritus te-
mere fidei Christianae qui essent uerissimi, et illud me
singulari deuotione iniecia uehementer permouit,
quod intelligerem iter in Aethiopiam inuentum esse
non sine miraculo. Nam reserant praefectum classis
quum diu per mare Arabicum errasset, et propterea
de inueniendo nostro portu desperasset, se insecta
redire in Indiam uoluisse, maxime propter seuas
maris tempestates, sed in aurora oportune rubram
crucem in caelo apparuisse, qua salutata, a nautis
proras in eam partem esse conuersas, monstranteque
deco repertum esse portum nostrum, quae res mihi
pro miraculo, uisa est, et certe is classis praefectus
deo debet esse admodum dilectus, postquam tanta
tam ei felicitatem concessam uideamus, quantam

nemo ante eum a deo impetrare potuerit. De hac autem mutua legatione antiquitus prædictum fuit a Propheta in libro de uita & passione sancti uictoris, & in libris sanctorum patrum, quod Rex magnus Christianus cum rege Aethiopiae esset cum mutua pace conuenturus, sed hoc nequaquam futurum diebus uite mee existimabam, uerum deus certum sciebat, ut laudetur nomen eius, qui nuncium ad me detulit, ut ego pariter id mittere possim ad te patrem meum in Christo & amicum ut simus in una fide postquam a nullo alio Rege Christiano nuncium, aut certam notitiam habuerim. Haec enim circum me Mauri erant, filij Mahometis, & gentiles, & reliqui sunt serui, qui deum non agnoscunt, & alij qui ligna & ignem uenerantur, & alij qui solem adorant, & alij qui serpentes deos esse putant, cum his nunquam pacem habui, quoniam ad ueritatem uenire recusant, & frustra his prædicabam fidem, nunc uero conquesco, & deus quietem dono mihi dedit cum hostibus meis & tuis. Nam in finibus meis cum armatus contra eos progredior, ipsi faciem & terga uertunt, & duces & milites mei per campos de his uictorias consequuntur, neque mihi deus irascitur, ut dicit psalterium & deus uota eorum regum implet, qui iusta petunt, nec hoc ad laudem nostram pertinet. Nam deo agenda sunt gratiae. is est qui mundum uobis dedit & terram gentilium perpetuo concessit, ac aliorum terras, quae sunt a finibus uestris ad initium Aethiopiae, propterea ingentes deo gratias ago, & prædico summam eius potentiam, cum sperem eorum populorum

filios, qui in tuam diuisionem uenient proculdubio fidei ueritatem esse cognituros, quã obrem deo gratias deo, & spero quod filij uestri & ego & uos deo deo deo debitis continue supplicare, donec gratiam uobis det potiundi templi sancti in Hierusalem, quae est in potestate hostium Christi Maurorum & gentilium & hereticorum, & si hoc perseceris, caput tuum omni laude plenissimum erit. Ceterum ex numero legatorum, qui ad me ueniebant cum Prædicto Mattheo tres periere, & Praefectus magnus uestrae classis deuenit apud Mazua in colloquium cum rege de Bernagais, qui est imperio meo subiectus, & statim legatos ad me misit, & munera ingentia, quae mihi carissima fuerunt: Verum nomen uestrum omni genum & thesaurorum mihi pretiosius uidetur: sed haec trãseamus & agamus inter nos quomodo inuadere & capere possimus alias infidelium terras. Ego certe dabo milites centena milia drachmarum auri, & totidem milia militarium uiroorum. Itemque materiam & ferrum & cuprum in usum aedificandae & ornandae classis, magnam etiam comestus copiam, amice una conuenimus, & quoniam non est consuetudinis & dignitatis meae ad petendam pacem legatos mittere, & tu primus a me eam sincere quaesiuisti ad uerificandam Christi uerba: Nam scriptum est, Beati pedes, qui portant pacem: & ego propterea sum ad id paratus more Apostolorum, qui erant immanes & unius cordis o Rex, & pater mi Emanuel, unus deus te sospitem uelit & seruet, qui est Deus caeli, & semper unius

Substantia, nec inuenescit, nec senescit. Is qui a te nunci-
ciam attulit Rodoricus linia uocabatur legationis
optimorum uirorum princeps, & cum eo Franciscus
Alvarez, quem propter uita probitatem & singula-
rem religionem & iustitiam ualde charissimum ha-
bui, maxime quod uerissimis uerbis cum esset interro-
gatus, de fide, aptissime respondebat. Et ita debetis
eum exaltare, & magistrum appellare, & dare ei of-
ficium conuertendi populos de Mazua & de Delia-
ca, & de Zezla, & omnium insularum rubri maris
quoniam sunt in sinibus regnorum meorum & ego ei
concessi crucem, & baculum in signum potestatis, &
ita uos iubete ut haec ei concedantur, & creetur episcopus
copus illarum terrarum, & insularum, quoniam hoc
meretur, & idoneus est in hoc officio administrando
et tibi deus plurimum benefaciet, ut semper sis fortis
contra hostes tuos, & eos cogatis ad pedes uestros
procidere, & Deus tibi uitam prolonget, & particeps
faciat regni caelorum in optimo loco, sicuti ego
pro me optarem. Audiui autem auribus meis multa
bona de te, & oculis uideo, quae uidere nequaquam
credebam, & deus cuncta de bono in melius succedere
uelit, & ibi sit uester locus supra lignum uita, ubi
est locus sanctorum, Amen. Mitto autem mandata mea
per fratrem Christophorum Licanati, qui de sideria mea
coram explicabit. & item ad Papam Romanum mit-
to eundem Franciscum Alvarez, qui nomine meo praes-
tet obedientiam, uti iustum est, & ego petam a uobis,
sicut filius paruulus a patre, & quae iussistis faci-
ci, & faciam si uenerint legati uestri, ut inuicem mu-

tuis opibus adiuuemur, singulis autem uestris orato-
ribus qui uenient, sicut tam fecistis ad Mazua, aut
Delacam, & ad portus intra angustias maris rubri,
ea tribuam, tribuique curabo, quae sienda significa-
bitis, sicuti maxime desidero, ut in consilio, & reu-
a actione prospere coniungamur, nam cum ad ea litto-
racopia uestra peruenerint, mature & ego cum me-
is exercitiis adero. Et quoniam in sinibus meis ne-
mo est Christianus neque templa Christianorum ui-
suntur, concedam uestris hominibus habitandas illas
terras, quae sunt proximae Maurorum dittoni, propte-
rea opus est, ut ceptis uestris debitum finem afferatis.
Interim mittote ad me celatores imaginum auri &
argenti, & sabros eu pri & ferri, & stanni, & pluri-
bi item artifices qui literis nostrae linguae pro eccle-
sialibus imprimant, item aliquos qui ex auro bracte-
las facere, & cum his inaurare alia metalla sciunt.
Hi erunt in domo mea honestissime tractati, & si dis-
cedere uoluerint, laborum suorum eis amplam merce-
dem soluam, inueroque per Deum Iesum Christum Dei-
filium me eos libere, cum uoluerint esse dimissurum,
hoc autem peto fidentissime, quoniam mihi uestra uir-
tus spectata est, & bonitas maxime agnita, & scio
me a te amari plurimum, & hoc agnoui certius,
quod Mattheum me mi gratia honorifice et liberaliter
susceperitis, et remisistis. Et ideo admittor carum
petrare, neque hoc uobis pudorem afferat: Nam omnia
persoluam, et id quod filius petit a patre negari
non debet, et tu es pater meus, et ego filius tuus, et si-
mus coniuncti simul, sicut laterculus cum laterculo

in pariete copulatur, ita duo in uno corde & amore
Iesu Christi consentimus, qui est caput mundi, &
qui cum eo sunt assimilantur laterculis in muro con
iunctis, Amen.

LITERAE EIVSDEM SERENIS

simi David Athiopiae Regis, ad serenissi
mum Ioannem Portugalliae &c. Regem
ex Athiopico idiomate in lusita
num, indeque in latinum
traductae.



IN nomine Dei patris omnipotentis crea
toris caeli & terre, & omnium reru
factarum uisibilem & inuisibilem
in nomine Dei filij Christi, qui est fili
us & consilius & propheta patris.

In nomine dei spiritus sancti paracliti dei uisus equa
lis patri & filio, qui locutus est per os prophetae spi
rando supra apostolos, ut gratias agerent & lau
darent trinitatem persectam in caelo, & in terra, in
mari, & in profundo semper. Amen. Mitto has lite
ras, & nuncium ego Thus uirginis, quod est mihi no
men a baptisate, nunc uero cum imperij sceptro as
sumpsi nomen David, dilectus deo, columna fidei,
stirx suda, filius David, filius Salamonis, filius con

stantinae Syon, filius seminis Iacob, filius de manu Ma
rie, filius Nau Per carnem, maximo & potentissimo
& altissimo Ioanni Regi Portugalliae & Algarbioru
filio regis Emanuelis, Pax sit tibi, & gratia domini
nostri Iesu Christi sit semper tecum. Amen. Eo tem
pore quo ad me relatum est de potentia Regis patris
tui, qui Mauros foedissimi Mahumetis filios debella
bat, Deo gratias ingentes egi, propter incrementum
& magnitudinem, & coronam conseruationis in do
mo Christianitatis. Similiter summam cepti uolupta
tem ex legatorum aduentu, qui uerba ipsius Regis
ad me detulerunt, ex quibus singularis amor & no
titia, & amicitia inter nos effecta est, ad eradicand
os expellendosque malignos Mauros & incredulos
gentiles, qui habitant inter tua meaque Regna. Dum
essem in hac laetitia, audiui tuum meumque patrem pri
us esse uita defunctu, quam hinc legatos ad eum re
mitterem. Quamobrem gaudium meum in uerorem
subito conuersum est, ita ut in hoc cordis mei dolore,
mecum etiam aule nostrae proceres, & prelati eccle
siastici, et qui in monasterijs sunt, omnesque denique
subditi nostri uehementissimum luctum fecerint, ita
ut uoluptas primi nuncij cum tristitia huius nouissimi
mi exequaretur. Domine a principio regnorum meo
rum hactenus nulla legatio, nullusque nuncius uel a
Rege, uel a Regno Portugalliae ad me peruenit. Tan
tum modo aliqua cognoscebam ex peregrinis, qui ex
uoto sua sponte ad Hierusalem & Romam conten
dunt, & in diuersas terras extenduntur. Quos per
eunctor de moribus uestrorum Regnorum, sed nun

quam certa noua habui, nisi dum uiueret Rex tuus pater, qui Duces suos ad me misit, & Proceres cum Clericis & Diaconis, qui totum solemnium misarū apparatus attulerunt, Et propterea maxime sum letatus, & eos honorifice suscepi, & non multo post eos dimisi, ut reuenterentur cum honore & pace, & postquam preuenierunt ad portum maris, qui est in sinibus meis in mari rubro, non inuenere magnum praefectum clasis, quem pater tuus miserat, is enim non expectauit, & de hoc me fecerat certiorum, quoniam non poterat expectare, cum esset moris uestri de triennio in triennium magnum clasis praefectum creare. Interim alius nouiter creatus aduenit, qua de causa longiorem quam opus esset moram legati contraxerunt. Eos uero mitto, quos ad tuum & meum patrem mittebam cum meis mandatis, & similiter eum quem ad Papam mitto. O domine rex frater mi, tende, & da operam amicitiae, quam inter nos pater tuus aperuit, & crebro mitte nuncios et literas, nam eas magnopere uidere desidero, uti a fratre meo, nam id aequum est, cum ambo sinus Christiani, et Mauri qui mali sunt, semper in sua secta concordēs existunt, et nunc profiteor me nolle in posterum legationes Aegyptij regis admittere, nec aliorum item regum, qui ad me saepe legatos mittebant, sed solum celsitudinis tuae, quos uenire maxime opto, quoniam Reges Mauri, me loco amici non habent, propter religionis dissensionem, sed amicitiam simulant, ut tutius & liberius mercaturā nobiscum exercent, unde magnum commodum con-

secuntur, Ingentem enim uim auri, cuius sunt amicissimi e regnis meis exportant, cum parum mihi sint amici, & comoda eorum nullam mihi offerant letitiam, sed hoc tollerandum fuit, quoniam superiorum regum nostrorum uetus est institutum, & si eis nequaquam bellum infero, & penitus profligo, temperandum in hoc mihi esse arbitror, ne illi contra sanctum templum in Hierusalem uiolent et diruant, in quo sepultura est Iesu Christi, quam Deus in potestate foedissimorum Maurorum reliquit, et pariter solo equarent alia templa quae sunt in Aegypto, et in Syria, et haec causa est, cur eos non inuadam et debellem, cuius rei me plurimum laedet, etiā hoc facilius mihi per suadeo esse faciendum, quum neminem Christianum regem habeam finitimum, qui me adiuuet, et cor meum exbilaret, Ego mi Rex nequaquam letari possum de Christianis Regibus, quum eos audiam in uno corde minime consentire, uigereque inter eos bella. Esto te simul omnes in una concordia unanimes, Debetis enim inter uos certo foedere esse contenti. Et certe si mihi Christianus Rex finibus esset coniunctus, nunquam una hora ab ipso discederem, et de hoc non plane scio quid dicam, aut omnino faciam, quum haec a Deo ordinata esse uideantur. Domine mi mitte obsecro frequentes ad me nuncios, nam cum literas tuas uideo, uultum certe tuum intueor. Quoniam maior amicitia oritur in te longinquos et distantes, quam inter eos qui propinqui sunt propter desiderium, quo tenentur. Nam is qui reconditos habet thesauros, cum eos oculis non

uideat, corde semper & quidem uehementissime dili-
git: sicuti dominus Iesus Christus in euangelio dicit,
Vbi thesaurus tuus, ibi cor tuum, ita cor meum apud
te est, quum tu ipse meus sis thesaurus, & tu pariter
me tuum thesaurum debes efficere, & cum meo tu-
um cor sincere copulare. O Domine frater serua uer-
bum hoc, nam es prudētissimus, & uti audio, patrē
tuum sapientia superas, & de hac re cognita statim
Deo gratias egi, abiectoque dolore gaudium a me sus-
ceptum est, & dixi: Benedictus sit filius sapiens et
magni capitis filius regis Emanuelis, qui sedit in ca-
thedra Regnorum suorum. Domine mi caue ne defati-
geris, cum sis fortis non secus ac pater tuus, nec ostē-
de debiles uires aduersus Mauros, & gentiles. Nam
eos cum dei auxilio adiuuante uirtute tua facile de-
bellabis, et destrues, et non dicas tibi esse a patre tuo
uires exiguas, Nam eae sunt certe satis magnae, et De-
us semper opem feret. Mibi adsunt uiri, aurum, com-
meatus instar harenae maris, et stellarum coeli. Nos
simul coniuicti, totam Maurorum barbariem destrue-
mus, neque aliud a uobis peto, quam peritos uiros,
qui meos nullites armis instruant, et ordines seruare
doceant. Et tu Rex uir integrē aetatis existis.
Rex Salamon duodecim annorum aetatis impe-
rium suscepit, habuitque magnas uires, et pa-
tre sapientior fuit. Ego quoque cum Nau pater
meus excessit ab humanis, puer undecim annorū re-
mansit: ingressusque sedem patris, Deo dante, amplio-
res opes, & uires eo sum consequutus, Nam in ma-
nu mea omnes finitimi, & Regni gentes existūt. Pro-

pterea ambo gratias Deo agere debemus tanti acce-
pti beneficii. Præbe mihi aures frater & Domine.
Nam hoc uno uerbo a uobis postulo, ut artifices mi-
hi mittantur, qui imagines, & libros impressos, enses,
et omnis generis arma militaria fabricare sciant.
Itemque architecti, fabri lignarij, & medici, qui phar-
maca componere, & uulnera curare didicerint. Cui-
pio etiam eos habere, qui aurum in bracteas extenua-
re, & aurum & argentum egregie celare ualeant,
Ac etiam aurum, & argentum ex uenis terra erueret
& metallorum omnium fodinas exerceat sciant. Præ-
ter hos apud me etiam eharī erunt, qui plumbeas tegu-
lus ducent, & tegulas ex creta facere docebunt, om-
nes denique artifices mihi usui erunt. Et præsertim
schoppetorum. Adiuua me obsecro in his rebus sicuti
frater fratrem, & te Deus ita adiuuabit, & ab om-
ni malo liberabit, Deus exaudiat orationes & peti-
tiones tuas, sicuti recepit sancta sacrificia in omnī
tempore, & in primis sacrificia Abel, & Noe quan-
do fuit in arca, & illud Abraham, quando fuit in ter-
ra Madiam, & illud de Isaac, quando discessit a fos-
sa iuramenti, & illud Iacob in domo Bethleem, &
Moyses in Aegypto, & Aaron in monte, & Ieson fi-
lij Nau in Galgala, & Gedeonis supra plagam, &
Sansonis quando sitim habuit in terra sicca, & Sa-
muelis in Rhama prophetae, & Dauid Nacisa, et Sa-
lomonis in ciuitate Gabeon, & Heliæ in monte Car-
melo, quando suscitauit filium uiduæ mulieris e Ri-
cha supra puteum, & Iosaphat in praelio, & Manas-
se quando peccauit, & ad deum est conuersus, &

Danielis in spelunca leonum, & trium sociorum Sydrach, Misach, & Abdenago in Camino ignis, et Anne ante altare, et Necmie qui fecit muros cum Zorobabel, et Matathia cum filiis supra quartam partem mundi, et de Esau supra benedictionem. Ita domine, Deus recipiet tua sacrificia et supplicationes et te adiuuabit, et erit pro te contra omnes peruersitates in omni tempore, et singulis diebus. Pax sit tecum et ego te amplector sanctitatis brachis, et similiter singulos amplector, qui tibi sunt a consiliis sanctis Regni Portugallie. Itemque Archiepiscopos, et Episcopos, Sacerdotes et Diaconos, uirosque periter et mulieres. Gratia Dei et benedictio uirginis Mariæ matris dei sit tecum, et omnibus. Amen.

LITERAE EIVSDEM SERENISSIMI

simi Dauid Aethiopiae Regis, ad sanctissimum D.N. Clementem Papam VII. per D. Franciscum Alvarez eius oratorem perlata, et ex Aethiopico in Lusitanum, indeque in Latinum traducta.



Kelix sancte pater, qui a Deo effectus es gentium consecrator, et sancti Petri sedem obtines, Tibi data sunt clauus regni caelorum, et quodcumque ligaueris, uel solueris super terram, erit ligatum, uel solutum in caelis, sicut dixit Christus, et ita in Euangelio Mattheus scribit. Ego Rex cuius nomen leones uenerantur, et Dei gratia Atani Tingil, id est Thus uirginis uocor, quod nomen est a baptismo, nunc uero in ipso suscepti regni initio assumpsi nomen Dauid, auctus a Deo, columna fidei, cognatus stirpis Iuda, filius Dauid, filius Salomonis, filius columnae Syon, filius seminis Iacob, filius de manu Mariæ, filius Nau per carnem, imperator magnae et altae Aethiopiae, magnorum regnorum et ditionum, et terrarum, Rex de Xoa, de Caffate, de Fattigar, de Angote, de Baru, de Bellinguangué, de Adeon, de Vangué, de Goiame, ubi Nilus oritur, de Amara, de Baguimidri, de Ambea, de Vague, de Tigrimbao, de Sabbaym, unde fuit regina Sabba, de Bernegaes, et dominus usque ad Aegyptum. Eae prouinciae omnes sunt in mea potestate, et pleraque aliae magnae, et item paruae, quae nunc a me nequam numerantur, neque Regna et prouincias suis nominibus expressi, ueluti superbia, et uana gloria inductus, uerum ob id ut summus deus magis ac magis laudaretur, qui singulari benignitate tot amplissimorum regnorum Christianae religionis superioribus meis regibus imperia tribuisset, sed prosequor me clariore gratia inter alios Reges dignum

fecit ut religioni continue inferuirem. Quoniam me
Adel dominum fecerit, hostem Maurorum & genti-
liam, qui adorant idola. Mitto ad deosculandos pe-
des sanctitatis uestre more ceterorum Christiane fi-
dei regum fratrum meorum, quibus neque religione,
neque potentia sum inferior. Ego etenim in Regnis
meis sum columna fidei, neque externis iuuor auxi-
lijs, quum in solo Deo spem et opem reponam, qui me
sustinet, et gubernat ab eo tempore, quo Angelus Dei
allocutus est Philippum, qui fidem doceret Eunuchū
potentis regine Candacis regine Aethiopiae, que a
Hierosolyma Gazam pergebat. Philippus tum bap-
tizauit Eunuchum: et Eunuchus deum Reginam cum
magna parte familie et populi eius, qui nunquam de-
sierunt esse Christiani, omnique sequenti tempore,
perstiterunt sortes in fide, prædecessores uero mei
nulla alia ope adiuti, quam diuina, fidem in latissimis
Regnis propagarunt, quod et ego quotidie efficere
contendo. Maneo etenim intra maximos Regnorum
meorum fines, ut leo ingenti sylua circumdatus et se-
ptus aduersus Mauros obsidentes, et alias nationes
fidei Christiane inimicissimas, que nolunt audire uer-
bum Dei, neque cohortationes meas, et ego gladio ac-
cinctus eos persequor, et paulatim extrudo diuino scilicet
fretus auxilio, quod nunquam mihi deest, quod
secus accidit regibus Christianis. Nam si regnorum
suorum fines extendunt, id facile possunt assequi, quo-
niam alter alteri seyt opē, et auxilia subministrat, iu-
uanturq; benedictione uestre sanctitatis, cuius par-
ticeps ego sum, cum in libris meis litera habeatur,

qua superioribus temporibus Papa Eugenius cū ben-
nedictione misit ad Regem semen Iacob. Qua acce-
pta, & tradita per manus benedictione, ego fruor, et
magnopere letor, Ceterum ego in magna habeo uer-
neratione sanctum templum in Hierusalem, ad quod
sepissime mitto oblationes debitas per nostros pere-
grinantes. Et multo plures & pinguiore mitterem,
nisi itinera a Mauris, et infidelibus obsiderentur. Nā
præter illud, quod dona nostra & thesauros nuncijs
eripiunt, etiam eos libere pertransire non permittit.
Quod si paterent itinera, in familiaritatem, & com-
mercium Romane Ecclesie deuenirem, uti fit a Cete-
ris Christianis regibus, quibus in religione Christiana
non sum inferior, & ita ut illi credunt, unam fidem
rectam & unam ecclesiam confiteor, credoque since-
rissime in sanctam trinitatem et in unum deum, et in
uirginitatem domine nostræ uirginis marie, et arti-
culos fidei teneo et obseruo uti ab Apostolis conscri-
pti fuerunt. Nunc deus optimus manu potentissimi,
et Christianissimi Regis Emanuelis iter patefecit, ut
per legatos conueniremus, et in fide coniuncti Chri-
stiani cum Christianis Deo inferuimus. Sed dum in
aula mea eius oratores essent, allatum est eum uitam
cum morte commutasse, filiumque eius, fratrem meū
Ioannem paterni regni sceptrum accepisse. Vnde sicut
ex patris morte summum senseram dolorem, ita ex
filij felicitate in regnum assumptione, mirifice sum leta-
tus, adeo ut sperem nos communibus copijs et uir-
tibus per regiones Maurorum per simoniam terra mari-
que iter aperturos, atque eos magno terrore illato se

dibus et regnis esse depulsaros, ut commodo pacato-
 que itinere Christiani Hierosolimitanum templū per-
 tere, et libere commearē possint. Atque ego in primis
 sicuti uehementer exopto diuini amoris particeps
 esse possim in templo apostolorum Petri et Pauli, Cu-
 pio autem ingenti desiderio consequi sacrosanctam
 benedictionem a uicario domini nostri Iesu Christi,
 Nam proculdubio sanctitas uestra dei est uicarius, Et
 cum a peregrinis, qui ex regionibus nostris ad Hieru-
 salem, atque inde Romam non sine miraculo eunt, et
 redeunt, multa de Sanctitate uestra ab his audio, quae
 mihi incredibilem afferunt uoluptatem et gaudium.
 Seco multo maiorem omnino caperem letitiam, si mei
 oratores breuiore itineris compendio uti possent, et
 noua referrent, Sicuti autequam moriar aliquando al-
 laturus spero, non sine gratia Dei omnipotentis. Qui
 uos in sanitate, et sanctitate conseruet. Amē. Exoscu-
 lor autem pedes sanctos, et supplex oro, ut benedi-
 ctionem ad me mittat.

ALTERAE LITERAE EIVSDEM
 Serenissimi Dauid Aethiopiae Regis ad Sanctissimum
 D. N. Clementem P. P. V. II. per D. Franciscū Aluarez
 eius Oratorem perlatae, et ex Aethiopico in Lusitanū
 indeque in latinum translatae.



N nomine Dei patris omnipotentis
 creatoris caeliet terrae, uisibilium et
 inuisibilium. In nomine Dei filij Ie-
 su Christi, qui est idem cum ipso a
 principio mundi, et est lumen de luo-

mine, & Deus uerus de Deo uero. In nomine Dei
 spiritus sancti dei uiui, qui processit ex Deo patre.
 Has literas is ego Rex mitto, cuius nomen leones ue-
 nerantur, & Dei gratia uocor Atani Tinghil, id est,
 Thus uirginis, filius Regis Dauid, filius Salomomis,
 filius Regis per manum Mariae, filius Nahu per car-
 nem, filius sanctorum Petri & Pauli per gratiam.
 Pax sit tibi iuste Domine pater Sancte, potens, pu-
 re, sacrate, Qui es caput Pontificum omnium, &
 neminem metuis cum nemo possit tibi maledicere.

Qui es uigilantissimus supra animas, curator &
 amicus peregrinantium, consecrate magister et pra-
 dicator fidei, et earū rerum hostis quae conscientiam
 offendunt, amator optimorum morū, uir sanctus quē
 omnes laudāt, et benedicūt, O felix sancte pater ego
 tibi reuerenter obedio, quum sis pax omnium, et cum
 ha bona merearis, et ita equam, ut omnes tibi obe-
 dientiam praestent, sicuti sancti Apostoli praecipunt
 apud Deum, hoc uere uestrum est, ita etiam praeci-
 piunt ut ueneremur Episcopos, Archiepiscopos et
 Prelatos. Similiter, ut te loco patris amemus, et lo-
 co Regis uereamur, et tibi uti Deo fidem habea-
 mus. Propterea dico ego humiliter ad terram genio-
 bus flexis tibi pater sancte, sincero aduocatum cor-
 de, quod tu pater meus es, et ego filius tuus. O pa-
 te sancte potentissime, cur neminem unquam ad nos
 misisti, ut certius de uita saluteque meae cognosceres?
 Quum tu sis pastor, et ego ouis tua, Bonus etenim
 pastor sui gregis nunquam obliuiscetur, nec tibi a re-
 gionibus uestris nimum semotus debeo existimari, ut

nuncijs ad me nequeant peruenire cum ex remotissima
nis terrarum regnis Portugallie Rex Emanuel filius
tuus oratores ad nos commodissime miserit, & si De
us cum ad se in caelum euocare distulisset, ea que tu
agitabamus procul dubio felicem exitum habuisset,
nunc uero maxime opto prospera & salutaria de san
ctitate uestra per certos nuncios audire, neque enim
unquam uerbum a sanctitate uestra recepi, quum ali
qua tantum a nostris, qui ex uoto peregrinantur au
dierim, Sed hi cum neque me nomine proficiscatur,
neque quidquam literarum a uobis afferant, in certa
fide nobis pereunstantibus dicunt se ab Hierosolyma,
deinde solutis uotis ad uisitanda Apostolorum limi
na Romam peruenisse, cum nitelligant ea loca facile
peti, quod a Christianis teneantur. & certe summam
capio ex eorum sermonibus uoluptatem, quonia dul
cissima cogitatione sancti uultus tui imaginem in
tueor, que mihi angeli forme simillima uidetur, &
illam sicuti angelicam me diligere uenerariq; fateor,
Sed profecto mihi esset gratius atque iucundius uera
ba tua, tuasque literas deuotissime contemplari. Atq;
ita nunc te oro ut nuncium tuum cum benedictione ad
me mittere uelis ad exilandum cor meum, nam cum
in religione & fide consentiamus, id mihi ante om
nia uidetur expetendum, suppliciterque item oro, ut
amicitiam meam ad instar annuli quem induis in di
gitum, & torquis aurei quem humeris imponis in in
imum cor reponere uelis, ut mei memoria nunquam
ex animo uestro deleatur. Gratis etenim uerbis & li
teris amicitia maxime crescit, quum eam sancta pax

complectitur, e qua omnis humana letitia facile pro
uenit Quemadmodum enim is qui uehementer sinit,
frigidam maxime aquam desiderat, ut in sacris scin
pturis habetur, ita animus meus ex nuncijs, & lite
ris, que ex remotissimis terris deferuntur incredibile
gaudium concipere solet, neq; tam modo de sanctita
te uestra, si aliqua audiero, uerum si certa de singulis
terre Christiane Regibus referetur, mirum in modum
letabor, sicuti his accidit qui preliando opima spolia
reperiunt & legunt, hoc enim facillime fieri potest,
postquam Rex Portugallie totam id iter aperuit, qui
ad nos iam pridem legatos suos misit, cum strenuissi
mis equitibus, dum pater meus Rex Emanuel adhuc
esset in humanis, neque tum aut demum a quoquam alio
Rege Christiano, uel ipso Pontifice aut nuncium, aut
omnino literas recepimus Quamquam in nostris Archi
euijs proauis nostri eorum literarum memoria conserue
tur, quas Papa Romanus nomine Eugenius ad has ter
ras misit, quum regnaret Iacob Rex Regum in
uniuersa Aethiopia Rex metuendus, Prescriptio au
tem literaru hec erat, Eugenius Romanus Pontifex si
lio dilecto nostro Regi ex semine Iacob Regi regum
in uniuersa Aethiopia maxime metuendo. &c. In
summa autem literarum significabat filium suum Ioan
nem Paleologum, qui biennio ante esset mortuus Re
gem regum Romanorum ad sacrosanctam synodum
celebrandam euocatum fuisse, & cum eo Iosephum
Patriarcham, Constantinopolitanum uenisse cum magno
numero Archiepiscoporum & Episcoporum, & omnis
generis Prelatorum in quibus etiam fuissent procu
ratores Patriarcharum Antiocheni, Alexandrini, &

Hierosolymitani. Qui omnes secum sancte fidei & religionis amore firmiter se coniunxissent, constitutaque unitate ecclesie sublatis fuisse antiqui temporis difficultates non sine diuino auxilio, que erronee & religioni contrarie uidebantur, quibus rebus rite sancitis & conuictis ipse Papa omnibus singularē letitiam peperisset. Hunc autem librum Pape Eugenij ad uos mittimus, quem incorruptum seruauius, totam etiā Pontificiē benedictionis ordinem & potestatem nisi scimus, nisi harum rerum nimis magnū uoluntatem esse uideretur, quam magnitudine libram Pauli ad gentes omnino superet. Legati uero qui hęc a Pontifice ad nos detulerunt, fuerunt Theodorus, Petrus, Didymus, & Georgius serui Iesu Christi. Tu uero sanctissime pater recte feceris, si euoluisti uestros libros iusseris, ubi harum rerum, de quibus scribimus, uti facile arbitror aliqua memoria reperiat. Itaque sancte pater si aliqua ad nos perscribes, firmiter existimato cuncta in nostros libros diligentissime fore conscripta, ut posteris nostris earum rerum sempiterna memoria relinquatur. Et certe is mihi beatus esse uideatur, cuius memoria custodita literis in urbe sancta Roma, & in sede sanctorum Petri & Pauli conferuatur. Hi enim sunt domini regni cœlorū, & totius mundi iudices, & quoniam ita credo, propterea hęc mitto literas, ut mihi gratia pareat apud sanctitatem uestram, & uestrū sanctissimū senatū, ut inde sancta benedictio mihi proueniat, & bonorum omnium incrementū. Obnixę etiam precor sanctitatem uestram, ut mihi mittere uelit aliquas sanctorum imagines, &

precipue beate Marię uirginis, ut sepissime sit in ore atque memoria mea nomen uestre sanctitatis, & continuā ex maneribus uestris capiā uoluptatē. Idcirco etiā uehementer postulo, ut mihi artifices mittatis qui imagines fabricent, atque itē enses & arma belli ea omnis generis, itemque celatores auri atque argenti, & fabros lignarios, precipue architectos, qui domos ex lapide cōstruāt, & tegulas ex plūbo cuproque ducere sciāt, quibus domorum tecta protegamur, ad hos etiā nobis admodū cavi erunt, qui uitium constare, organaque musica scite facere & docte pulsare sciant. Itaque fistulatores & tibicines. Hos uero artifices ex domo uestra precipue mihi mitti uellē, uel si horum domi uestre exigua erit copia, ab alijs regibus filijs uestris eos sanctitas uestra poterit impetrare, quoniā uestris imperijs & nutibus facile obediūt. Hi cū ad me peruenerint pro meritis summo in honore habebuntur, ex liberalitate mea mercedem amplam accipient, & si domum aliquis redire concupiscet, premijs abunde ornatus abibit uti placuerit, quando nec inuitum quenquam sineretenturus, cum fructum aliquem ex eius industria percepero. Nunc ad alia transeundū est, & iam a te postulo sanctissime pater cur non hortaris reges Christianos filios tuos, ut arma deponāt, & uti fratres decet inter se cōcordes esse uelint; postquam ipsi oues tue sunt, & tu ipse pastor earū optime quidē tua sanctitas nouit, quid eū gelū precipiat, quod dicit. Omne regnū in seipsum diuisum desolabitur. Nam si Reges animis & sede te certo cōsentiet, facillime Mahumetanos oēs dele-

būt, et pseudo prophetæ sepulchrū, quod in urbe. Me
hæc est, felici irruptione disturbabūt & diruēt. Ob hæc
rē da operā pater sancte, ut inter eos bona pax fiat,
& certū scēdus amicitia percutiatur, hortareq; eos,
ut mihi adesse atq; opē ferre uelint, cū in regnō mēo
rū finibus a Mahumetanis Mauris pessimis hominib;
sim ex omni latere circūdatus. Apsti aut Mauri mahū
metani inter se mutuis auxilijs utūtur. Regesq; cū re
gibus, & reguli cū Regulis aduersus nos sineere &
cōstitissime conueniūt. Mihi Maurus qui dā admodū
est uicinus, cui finitimi alij Mauri arma, equos, acque
instrumēta bellica suppeditant. Hi sunt reges Indæ,
Persidis, Arabiæ, atq; Aegypti. Quibus de rebus sin
gularē animo indies capio molestiā, cū hostes Chris
tianiæ religiōis fraterna charitate inter se cōiuncti os
pace syui conspiciā, Reges uero Christianos fratres
meos nihil omnino istis iniurijs cōmoueri, neq; ullam
opē mihi afferre, uti certe deceret Christianos, post
quā scēdissimi filij Mahumetis inter se mutuis opibus
adiuuantur. Neq; ego is sum qui ad id militāres copias
postulem, cum milites mihi supersint, orationes &
supplicationes tantum peto, locumque gratiæ apud
sanctitatē uestrā, & reges fratres meos exopto, qua
renda enim mihi est hæc uobiscum amicitia, ut copio
se his rebus, quas supra postulauī ad terrōrem Ma
rorum sim instructus, & Christiani nominis uicini
mei intelligant Reges fratres meos singulari studio
mihi fauere, atq; opem ferre, quod certe ad comune
decus pertinet, postquam in una religiōis & fidei
ueritate cōsentimus, & in eō consilio sumus permā

suri. Quod firmum ac absolutū erit cū eo quod uti
lius eueniet. Deus itaque desideria uestra impleat
super laudibus Iesu Christi, & dei patris nostri, quē
omnes laudāt per omnia secula, & tu domine pater
sancte cōplete me cum omnibus sanctis Iesu Chri
sti, qui sunt Romæ, & pariter in hos amplexus reci
pianur omnes incolæ regnorum meorum, & qui Æ
thiopiā inhabitāt, & reddatur gratia Domino Iesu
Christo cum spiritu uestro. Has uero literas sanctitas
tua accipiet de manu fratris mei Ioānis Regis filij po
tentissimi Regis Emanuels per oratorem nostrum
Franciscum Aluarez.

Q V I B V S L I T E R I S P E R L E C T I S C V M
idem Franciscus Aluarez Orator, hæc ipsa quæ sub
sequuntur Lusitano sermone protulisset. Tam deina
de Secretarius eiusdem Oratoris Portugalliæ eadem
uerba, ut ab omnibus intelligi possent, latine pronun
ciāuit, uidelicet, Sanctissime ac Beatissime pater, Sere
nissimus, ac potentissimus Dominus Dauid Rex ma
gnæ & alte Æthiopiæ uulgo Preteian appellatus,
hāud minus cultu uere religionis, quam imperio, opi
bus, ac regnis præcellens, hunc suam Oratorem ad san
ctitatem uestram cum his literis, quas ei reddidit, de
stinauit, Mandans ut eidem sanctitati uestræ, tanquā
uero Christi uicario, Petri successorī, ac uniuersæ Ec
clesiæ summo Pontifici, ueram obedientiam & subie
ctionem nomine sue Maiestatis ac omnium Regno
rum suorum humiliter sicut fecit præstaret, Etque
manusculum aureæ crucis non tam precio, quod te
nuc est, quā ueneratione eiusdē crucis quā Dominus

noſter Jeſus Chriſtus pro nobis ſubire dignatus eſt a ue-
ſtra ſanctitate eſtimate offerret. Supplicās ei de humili-
liter eiꝛ de pꝛincipis ſui nomine, ut hæc oīa pio parētis
affectu a deuotiſſimo filio ſuo ſuſcipere dignetur.

Ad quæ Secretarius eiꝛ ſanctiſſimi D. N. a
ſanctitate ſua iuſſus in hunc modum reſpondit. Sanctiſ-
ſimus Dominus noſter, te Domine Franeſce alia
rex ſereniſſimi Dauid Ariſtopie regis Oratorem una
cum obedientia, munere & literis, quas attuliſti gra-
to admodum animo, benigna uoluntate, & paterno
affectu recepit. Gratias deo agens, quod ſuis tem-
poribus literas, & Oratorem tanti Chriſtiani regis, æ
tam remoti, uidere ſibi conceſſerit. Itaque literas ac
tua uerba diligenter ac libenter audiuit, & obediē-
tiam una cū uenerabilibus fratribus ſuis. S. R. E. Cara-
dinalibus benigne acceptat, Munuſque ipſam cum ob-
iugentem & honorem ſanctæ Crucis, eum ob mittere
tis affectum, ualde gratum habet, tum uero ſereniſſi-
mum Portugalliæ regem ſummè collaudat in Deo do-
mino, quod is præter cetera eiꝛ & progenitorum
ſuorū ingentia erga Rempub. & fidē Chriſtianā me-
rita etiam de ipſo Dauid rege bene mereatur, amicia-
tiam, cōmerciū cū eo cōiungat, ac te cū his literis to-
to ad ſanctitatem ſuā peruenire curauerit. Quod ad
reliqua attinet, ſua ſanctitas omnem datura eſt ope-
rā: ut pijs dicti Regis deſiderijs quantum in tanta ter-
rarum diſtinctione fieri ab ea poterit, ſatiſfiat, utq;
is ſemper intelligat ſe apud ſanctitatem ſuā, & ſan-
ctā Apoſtolicā ſedē inter ceteros Chriſtianos princei-
pes, chariſſimi in Chriſto filij, loco, amore, & honore.

eſſe ac fore. Deq; his rebus ſua ſanctitas & cum Ora-
tore Portugalliæ ac tecū id ager, & per literas ac nū-
cios ſuos maiori ſtati tui regis particulari reſpōdebit.
Quo ſaſto Senatus dimiſſus eſt.

FINIS.

Malum eſt præterea, quæ de hoc rege Acthio-
pico noſtris tēporibus cōperta ſunt. paucis
ſummam attingere. Eū non præteriamē
(ut uulgus falſo opinatur) ſed Gyam ab eis nomina-
ri, quod eorū lingua ſonat potētē. Enim uero poten-
tiſſimū eſſe, Regēque regū dicit, ac 62. Regnis imperi-
tare. Ea Regna latiſſimos fines, ſpatioſiſſimas terras,
uatiſſima maria habere. Siquidem ad Orientem mari
Rubro, & Barbarico, ad Meridiem & Occidentem
Agriſimbo allui, qua parte ipſa regio uelut Promon-
torium, cuius caput bone ſpei appellatur, in meridi-
em excurrit. Ad finem ſere eiꝛ, Nilum naſci lōgiſſi-
moq; tractu multis cōſectis inſulis, quarum maxima
ſit Meroe, in Aegyptū descendere. Aegyptum & Li-
byam ad Septētrionē, interioyē Libyam ad Occiden-
tem ei terminos eſſe. Regem in maxima uenerratione
haberi, atque hominibus ita abundare: ut uel medio ori
rerum tumultu decies centū milia hominum, & præ-
terea quingētos elephātos, camelorumq; & equorū
ingentē numerū ad bellum inſtruat. Arcubus in bello
quadricubitilibus, tū cōto, lorica, & galea utuntur.
Abūdant auro, metalliſque ceteris, margaritis, & ſer-
rico ornantur, ſino bōbōcinoque ueſtiuntur, lanificio
enim penitus carent, quanquam omniſariā pecoribus
ſfluant, Agricultura exerceat, & rē pecuariā, bina

meſſis, binaq; illis eſtat, milij, hordeiq; frequens uſus,
quidã ſeſamũ, alij lothũ ſerũt, ſal foſſile habet, ſicut
Arabes, hebeno, perſico abũdãt, & ſiliquaſtro. Aro-
mata piperis, cinnamomi, & gingiberis legũt. uenan-
tur leones, pardales, rhinocerotes, & elephãtos. Ipſi
ſe antiquiſſimos hominum eſſe gloriãtur, argumento
quod indigena, ſemperq; liberi fuerint, nec eos Semi-
ramis, Hercules, Dionyſius, aut ipſi etiã Romani ex-
pugnare unquã potuerint. Cãbyſes quoq; rex potẽtiſ-
ſimus, ab eis uictus, maximaq; exercitu exutus ſit.

Quin & Aegiptios Aethiopum colonos affirmãt, lã-
terarumq; et ſtatuarum uſum cultum regum, curãque
ſepulchrorum et politica omnia ab Aethiopicis acce-
piſſe. At illa uerior ac iuſtior huius gẽtis gloria, quod
Chriſtianã pietatẽ, iam inde ab eius mitijs, per Eunu-
chum reginẽ Cãdacis a Philippo apoſtolo baptizatũ
ſuſceperit, ſuſceptãque tot iam ſeculis cõſtãtiſſime
cõſeruarit. Et quanquam interea ſicut et hodie, undiq;
que a Mauris et Sarracenis Mahumetis cultoribus, itẽ
q; idololãtris uelut in dagine cinãta, uexata, oppugnã-
taq; fuerit, nõ tamẽ ea ſeuã Mahumetis tẽpeſtas, quã
Romanũ imperiũ eũ Chriſtianã religione ex maxima
parte alibi diſſecit, Aethiopiã, aut dĩtione, aut reli-
gione ſua ſpoliare unquã potuerit, Nec id quidẽ mi-
rũ, cũ hi Aethiopi ei reges, ab iſſdẽ Dauide ac Salomo-
ne, a quibus ſanctiſſima Dei para uirgo, ipſeq; Chri-
ſtus ſeruator noſter, genus ac ſtemma ſuũ numerent,
eui ſit honor et gloria nunc et ſemper. Amen.

